

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque sanctorum

Brant, Sebastian

[Basel], [nicht vor 1494]

Ad diuū onofryum Suppli

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290354)

Quęq; illic steterant palmę: radice reuulſę
Procubuere ſimul.
Quo viſo: Aegyptum petijt Paphnuciuſ: illic
Singulari mira refert.
Vndecima occubuit Iunij: coliturq; ſacratus
Chriſticola ille die.

Ad diuū onofryum Suppli catio.

Monocolon dimetrū trochaicū hypercatalecticū.

Ergo te precor beate Onofry
Sis memor tui Sebaſtiani:
Quem nec impulit popularis aura:
Nec pecunię precium cupitum:
Vt lyre tibi numeros referret.
Quin libens chelym reſonat decentē:
Solius tui ductus fauore.
Sentiat tuas preces vbertim:
Liberos bonos: deum timentes
Impetra: quibus probe inſtitutis:
Gaudium ſimul ferat perhenne.
Fiat & boni comes laboris:
Confors & tuę tandem coronę:

E iij

Monocolon ex dactilico adonio dimetro
catalectico.

Mitis Onofri
Sedulus ora:
Qui tua psallo
Facta decora:
Fac loca vitans
Inferiora.
Par tibi fiam
Mortis in hora.
Amen.

